

Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvvm Conscientiæ


Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

Sanctissimo Domino Nostro Pavlo Qvinto Pontifici Maximo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13883



SANCTISSIMO

Domino Nostro

PAVLO QVINTO

PONTIFICI MAXIMO.



O S T R A R V M quarumcunque actionum (sicuti & rerum omnium humanarum) cum ea sit conditio , Santiss. Pater, ut nisi firma aliqua , ac stabili fulciantuope , facili negotio ad occasum præcipites ruant ; hinc post conscriptas Additiones huic Operi appositas , quibus Auctoris celeberrimi sententias aliquot firmiores , dilucidiores , & ampliores reddidi , decreui ipsas inclyto Tuo nomini consecrare . Quem enim magis exoptauerim , cui tenuem hunc ingenii mei partum adscriberem , quam Te , qui ad Tuum confugientibus tutamen per æxum sempiternum contra quoslibet temporis vniuersa delentis incursum , ac conatus tutissimum præbes effugium ? Te sacrum Pontificium diadema , quo generosa cinguntur tempora , vniuerso orbi genuflexo venerandum proponit : Te illustrissimi Nepotes (quorum encomia recensenti suppetent semper profecto nouæ laudes , vox , visque deficiet , ac ratio graui mole opprimitur) gloria coruscantem fatentur : Te denique (quod præcipue animos mihi addit) spectabilem , humilique , ac deuoto cordis affectu prosequendum prædicat (fama veritati respondentे) illud Regii fulgoris singulare monumentum , quo non virtutum solum domesticos , ac familiates , verum etiam ipsarum conubernium affectantes , & illustri pietate soues , & indefessa protectione illustras . Accipe itaque benignitatis Tuae assuetis vestigiis inhærendo parua hæc munuscula ; sed & præter id mihi quoque intra gratia tuae finis aditum patefacere digneris , vt illius felicitatis , qua

2 potiu-

potiuntur, qui sub umbra tua degunt, me etiam mundus testem hilarem conspiciat.
Vale diu incolumis, ut quod nunc sacros pedes deosculando seruitutis meæ initium
constituo, saepius valeam repetere.

Dat. Venetiis Idib. Octobris M DC XVIII.

Sanditatis Tuæ

SANCTISSIMO
PAULO VINCI
PONTIFICI MAXIMO
Dominus Noster

